Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



182

et posuit eum sup terram. apprehendens unam partem ferri. de quibus ipsa fuerat liga-
ta. cecidit demonem. Demon autem clamans dicebat. Domina mea Iuliana apostolorum
comes. martyrum particeps. patriarcharum socia. angelorum consors. archangelorum ami-
ca. per crucem patris tui tremendi miserere mei. Per passionem domini nostri Iesu Christi te
conuuro. miserere miseriae meae. Sancta Iuliana dixit. Confitere mihi cui homi-
num miracula fecisti. Demon respondit. Quidam hominum oculos eruui. aliorum pe-
des confregi. alios in igne mersi. alios sanguine uomere feci. alios laqueo iu-
gulare fecisti. alios in suo furore manibus proprias interire feci. alios pali-
as penas inferre feci. et ut breuiter dicam. omnia mala quae in mundo sunt sa-
ego ipse feci. cum fratribus meis. et alios quos inuenio non habentes signum Xpi ego decep-
pi. et cum tanta fecerim mala. tamen nullus ausus est me cedere sicut tu. Nemo
apostolorum manum meam tenuit. tu autem et ligasti me. Nemo martyrum cecidit me
nemo prophetarum miracula mihi fecit. nemo patriarcharum manum in me misit.
nam et ipsum filium dei uiui. experimento temptauit in deserto. et fecit illum ascendere
in monte excelsum. et ostendit ei regna mundi. et nihil mihi fecit. tu autem
me sic tractas. Quid gloriatur quae contra nos armatur. Quibus qui contra nos iur-
gantur ostendis. Et hoc dicens demon. misit praefectus ut adducerentur Iuliana.
Et cum adducerentur trahebat secum demonem. Demon autem rogabat eam di-
cens. Domina mea Iuliana. noli amplius de me ridiculum facere. ne non possim
aliquem per ea seducere. Patrem meum superasti. me tenuisti. quid amplius uis
facere. Dicunt. xanos muscedes esse. tu autem fortissima in me sancta es. Et dum talia
diceret demon. sancta Iuliana trahebat eum praesentem. Et cum diu rogaret eam
cum furore proiecit eum in locum stercoris. Et dum uenisset in praesentia. fatus
eius gloriosa insa est omnibus. Quam respiciens praefectus admiratus ad eam dixit
Iuliana die mihi quis te docuit tanta mala agere. quorum tanta et talia
tormenta superasti. Iuliana dixit. audi me impiissime imperator. Dominus meus Ihe
Xpe uicit patrem tuum satanam. et daemones eius. et misit de caelis sedibus eius
angelum suum qui me confortauit. te enim erubescere fecit. Pessima hora natus
hic te poenitet miseliter: quia dominus noster Ihe Xpe misericors et patiens est. et uult
omnes homines saluos facere. Praefectus autem iratus iussit uenire rotam ferream.
et figi in ea gladios acutos. et poni super rotam ipsam in duarum medio columnarum.
et iussit milites hinc atque illinc trahere rotam. ut sanctam Iuliana contererent.
Trahentibus autem militibus machinam. frangebatur nobile corpus. et agna Xpi.
membris omnibus fundebatur. ita ut medullae de ossibus erumpent. Angelus autem
dei descendit de caelo. et commiuit argumenta rotae. et omnia uuncula resolu-
ta sunt. Sancta Iuliana glificabat dominum. et extendens manus suas ad caelum.